



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De bonorum Ecclesiasticorum alienatione. Tit. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

338 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

ne, etiam post satisfactionem integrā & absolutionem arbitrio Ordinarii suspenduntur. Concil. Trident. d. loco. Navar. in Manuali, cap. 13, num. 110. Reginald. in d. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 254 in fin. Barb. d. loco, num. 14.

5 Adeo ergo Canones rerum Ecclesiasticarum usurpatiōē dominant & execrantur, ut crimen hoc sacrilegii poena, & excommunicatione, atque suspensione, interdicto, ac privatione, immo homicidio na, cor. 1. 12. qu. 2. dignum judicent. vid. can. Episcopū. can. xxii. 12. qu. 1.

6 Qui consilium, vel opem & assensum praestiterunt, nec non qui, cum deberent, se non opposuerunt, poenis similibus condigni julicantur. Barbos. d. loco, num. 15.

TITULUS IV.

De Bonorum Ecclesiasticorum alienatione.

S U M M A R I A.

1. Prohibentur Bona Ecclesiastica alienari. 6. Alienantis tamen quae
Utroq. Jure. 7. Alienata à quolibet re-
2. Quare. vocari possunt.
3. Alienationis voce qua 8. Emotor, etiam bona fe-
hic veniant. dei, restituere tenetur.
4. Vetantur & alienari 9. Consuetudo in contrari-
Ecclesia jura. um non valet.
5. Ejus servi manumitti 10. Pralati alienantur
sed non semper. quomodo puniantur.
11. Qui

Corvinus
De Personis
et Beneficiis Ecclesiasticis

G I V.

32

11. Qui illicite alienavit, do pecunia, aliquando
an ipse recte ad restitu-
onem rei agat.
12. Locans predictas pœnas
non incurrat.
13. Quando tamen.
14. Nec incurrit heredi-
tatem Ecclesia sua reli-
ctam sine causa repudi-
ans.
15. Nec legatum Ecclesia
sua relictum remittens.
16. Damnum tamen da-
tum ex propriis bonis re-
sarcire tenentur.
17. Petit recte Ecclesia Re-
stitutionem in integrum.
18. Patitur dicta Re-
gula de non alienandis
rebus Ecclesiae exceptio-
nes.
19. In rebus mobilibus qua
servando servari non
possunt: & qua illa.
20. Rebus immobilibus
annumerantur aliquan-
21. Semper arbores cædi
non solita.
22. Res modici valoris
quales sint, alienari pos-
sunt.
23. Quæ tales sint relin-
quitur Judicis arbitrio.
24. Res Ecclesiae damnoſe
recte alienantur.
25. In emphyteusin dan-
tur.
26. Ut & alia in emphy-
teusin dari solita.
27. Ut tales censeantur,
qua requirantur.
28. Si Ecclesia incapax, ei
relicta recte alienantur.
29. Bonorum mensa sua
nsumfructum recte alte-
ri concedit Prelatus.
30. Qualiumcunque rerum
pretiosarum alienatio
non permititur, nisi sint
ex justa causa, & ser-

Corynus
De Personis
et Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV.
32

- 340 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.
vata forma à jure pra- 38. Quando ejus consulta
scripta. tione non opus.
31. Justa causa est Neces- 39. In dubio presumuntur
sitas. solemnitates observan-
32. Utilitas. ex diuturnitate tem-
33. Manifesta. pris.
34. Pietas. 40. Nec obstat constituta
35. Incommoditas. Pauli IV.
36. Solemnitas formæ ad 41. Si non servata forma,
alienationem requisita alienatio est nulla.
in quibus consistat. 42. Ecclesie conceditur
37. Voluit consuli Papam 43. Quam vim habeat
Paulus II. his Consuetudo.

Non bona Ecclesiastica non possunt usurpari; sic nec alieni Prohibent hoc passim iura, non tantum Canonica, quibus præcipue statim hac in materia) etiam cum iuramento actus. can. Abbatibus. 41. c.m. sine exceptione. 52. c.p. 12. qu. 2. c. nulli liceat. 5. cum seq. c. fin. dereb. Eccles. alien. remitt. sed & Civilia; 1. jubemus. 14. Aut b. hoc jus. cum seqq. Cod. de Sacra Ecclesia, quæ vim habent, quatenus jure Canonico confirmata & recepta, neque enim alias Laicorum statuta super rebus Ecclesiæ quid possint. Ratio est: Cum ne contingat Ecclesiæ bonis spoliatas deserit, dum non efficiatur alantur Clerici divino ministerio adstricti; tum quia Praestari ad Clerici non sunt Domini, sed tantum Administratores: can. 6 portio tum. 12. qu. 1. & licer cum libera, non tamen ut perdant disponitam aut aliâs temere alienando: Gloss. fin. in c. cum nobis. 19. sup. declat. Im- potius tutorum aut curatorum instar, qui res minorum curant, quorum Jure gaudet Ecclesia. c. 1. de in integr. refit.

Alicuius

Alienationis verbum, hic, non tantum denotat actum, quo plenum in alium dominium transfertur, cuiusmodi est *venditio, donatio, permutatio hereditatis, institutio, legatum*; verum & per quem dominium utile transit, ut *seundum, emphyteusis*, aut jus in rem queritur; ut *pignus*; ejusve usus diminuitur: ut *ususfructus, locatio in longum tempus.* d.c. nulli liceat. 9. alienationis. can. Diaconi. can. precarie. can. quicquid. cum seqq. can. alienationes. can. sine exceptione. 12. qu. 2. can. I. cauf. 10. qu. 2. c. I. c. cum in officiis. cum seqq. de transact. c. Ambitiose. Extr. com. de reb. Eccles. alien. l. ult. Cod. dereb. alien. non alienand. l. t. Cod. de fundo dotali.

Sed necper jura actiones vel nomina debitorum alienari permit- 4
tuntur: *Abbas in d.c. nulli liceat.* 9. Neque etiam servitus aliqua de novo Ecclesie imponi potest. *Vallenf. in paral. num. 5. Canifus in comm. ad d. nulli liceat. num. 2. dereb. Eccles. alien.*

Venit & alienationis nomine manumissio servorum Ecclesie ur- 5
lium 1. *consensus.* 3. c. *Episcopi.* 4. eod. Quæ tum permititur, si manumittens Ecclesie reliquit servi manumissi valorem; ita tamen ut manumissus cum posteritate maneat, sub Ecclesie patrocinio.

Bene meritum servum manumittens non videtur teneri ad ejus valorem. per can. si quos. 12. qu. 2. Zaf. in com. ad d. tit. num. 2. in fin.

Quod si Clericus vel Prælatus, non obstante hac prohibitione, 6
rem Ecclesie alienaverit; & alienatio est ipso jure nulla, c. si quis Presbyterorum. 7. eod. & tam alienans, quam qui accepit, nisi mox eam restituat cum fructibus; excommunicatur. d.c. si quis presbyterorum.

Et cum omnium interfit Ecclesiæ esse salvas; quilibet Clericus 7
Ecclesie, cuius res est alienata; imo etiam ipse Prælatus qui rem alienavit, potest eam, à quolibet possessore repetrere, una cum fructibus à tempore alienationis. d.c. si quis presbyterorum.

Quia etiam emtor, licet forte bona fide emerit, ignorans rem esse 8
Ecclesie, cogitur eam restituere, non recepto ab Ecclesia, cuius res est, pretio, sicut & jure Civili emtor rei alienæ. 1. si *mancipium. Cod. de rei vindic.* Quia alienans rem meam sine meo consensu, non potest mihi nocere & damno esse. 1. non debet. 74. ff. de div. reg. jur. Poterit tamen emtor bonæ fidei premium ab auctore suo, id est, eo à quo emit, repetrere. c. ad *audientiam.* 11. de reb. Eccles. alien. Sivero fuit emtor malæ fidei,

[Uu] 3

Corvinus
De Personis
er Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

342 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

fidei, is & rem restituere cogitur, & amittit premium; quod cedit, in lucro vendentis, sed Ecclesiae, cuius res est alienata. *I. jubemus. 14. §. 1*
Cod. de Sacros. Eccles. Vallenf. d. loco, num. 6. Canifus d. loco, num. 12.
vers. sed & constitutum.

9 Neque contraria consuetudo alienandi juvat alienationem, constetur enim irrationabilis. *Gloss. in c. cum canif. a. verb. prejudic. de fin. & re judic. Pias. in prax. Episc. 2. part. capit. 5. art. 4. num. 13. Vald. d. loco. num. 6.*

10 Præterea Pontificali aut Abbatiali dignitate fulgentes, proprie-
tatem alienationem arcentur ab Ecclesiae ingressu; perseverantissimo
indurato per menses sex, ab administratione Ecclesie superceduntur.
Prælati Inferiores & Ecclesiarum Rectores & Administratores, beneficiis,
quorum alienarunt bona, ipso jure privantur; ea tanquam vacan-
tia alii liberè conferri possunt. *d. c. ambitiose. Ext. com. de reb. Ecclesiast. Zaf. d. loc. num. 3.*

11 Sed, an ergo is qui illicite alienavit, ad restitutionem ejusdem in-
agere poreat; cum turpe sit venire contra factum suum & idcirco vides-
atur non esse audiendus: *l. 4. Cod. revocat. donat. l. post mortem. ff. de ali-
enatione. l. 30. Cod. de transact. cap. inter dilector. 8. vers. fin. de donatione. Præ-
cipue cum id quod semel placuit, amplius displicere non possit. et quod
semel. 21. de reg. jur. in 6. Dicendum tamen illa procedere, cum que
contravenire vult nomine proprio & commodo suo; non sitem. Ut
hic Clericus qui alienavit illicite. Is enim agit nomine Ecclesiae, ver-
eius capite admittitur. d. c. si quis Presbyterorum. 6. Canif. d. loci, num.
12. Sic & pater res peculii adventitii liberorum suorum temere aliena-
tas, revocat: *Pinell. lib. 1. part. 3. num. 73. Cod. de bonis matrem. uobis
maritus res dotale temere alienatas, etiam stante matrimonio: Genes.
ad leg. 50. Tauri num. 63. Barbos. ad l. 1. part. 5. num. 15. ff. solato matrem.
Nihil obstante juramento. Quid improbum. c. intellecto. 33. de jure
jur. vide Navarr. tract. de alienat. rer. Eccles. num. 23. D. Augustinus.
relatus in c. magna. 22. qu. 4. dicit Magna sapientia ut revocare homi-
nem quod male locutus est.**

12 Prædictas poenas non incurrit locans in perpetuum, vel ad lon-
gum tempus; licet enim talis locatio ad longum tempus sit prohibi-

c. ad audiendum. c. nulli licet de reb. Ecclef. alien. c. querelam. Ne Prælati vices suas. (cum per eam conductori queratur utile dominium; l. i. §. qui in perpetuum juxta l. pen. ff. & ager vestigal. pet. permittatur tantum hodie ad triennium. d. c. ambitiose. Covar. var. lib. 2. cap. 16. num. 4. Rodovan. tract. de reb. Eccles. non alienand. qu. 5 8. num. 21. Croc. de locato. part. 3. tit. de reb. Eccles. locand. concil. 5. 6. & 9. computandum ex tribus fructuum collectionibus: Barbof. d. loc. num. 30. olim novennium: Glos. in c. vestre. de locato. & in Clem. i. de reb. Eccles. non alienand.) tamen cum d. Extrav. ambitiose. poenam contineat, eamque specialiter inferat iis qui alienant; propriè autem non dicatur alienare qui elocat ad longum tempus, sed impropriè; videtur locantem ea poena non teneri; cum non soleat poena extendi ex impropria verbo acceptione. Quò facit, quod tradit Covarruv. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 2. Prælatum qui juravit non alienare, non incurrit perjurium, si ad longum tempus elocet. Estque ea sententia æquior; non obstante quod d. Extrav. ambitiose. post enumeratas alienationis species, subiungantur poenæ. Quia tantum concernunt eas, per quas fit propriè alienatio in Ecclesiæ detrimentum. Alias etiam locatio facta in quadriennium easdem induceret poenas; Quod absurdum.

Quod si tamen fuerit facta ad tantum tempus, quod ad alienatio-13 nem tendit, ut ad annos centum, dici potest, secund. Abbat. in d. cap. intellecto. 33. num. 10. dictis poenis eam facientem subjici. Zaf. d. loc. num. 5.

Nec prædictas poenas incurrit, sine causa hæreditatem, sua Eccle-14 sæ reliquam, repudians. Quia interdicitur alienatio: Repudiare autem non est alienare, sed potius non acquirere. Neque enim hæreditas ante additionem dici potest alicuius, cum additione denum acquiratur. tot. tit. ff. de acquir. vel amitt. hered. Cod. de Jure delib. facit l. ff. sponsus. §. circa fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. & d. c. quod autem. 6. in princ. §. 2. ff. qua in fraud. credit. ubi dicitur; Non diminuere eum patrimonium, qui non acquirit, quod acquirere potuit: Zaf. d. loc. num. 6. Est & communis sententia Prælatum seu Beneficiarum in acquirendis præjudicare posse Ecclesiæ: Panorm. in c. tua. num. 9. de his qua fiant à Prelat. Jason. in l. legatum. num. 16. ff. de legat. 1. Præpos. in c. verum. 13. de condit.

344 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

condit. appos. Lambertin. de jure patronat. art. 9. quest. 2. in princ. Rhof. in compend. alienar. rer. Eccl. num. 91. Riccius in praxi fori Ecclesiast. 96. in 1. edit. ut etiam potest alieno nomine possidens suo domino. In literis Sabinianis. ult. Cod. de acquir. vel amitt. possess. Glouf. celebria in ult. verb. meliorem. 16. qu. 6. commend. per Felin. in c. verum. num. 12. in foro compet. Roch. inc. ult. num. 288. de consuetud.

15 Nec ob easdem rationes & auctoritates praeditas poenas incurri, ut volunt Felin. in c. contingit. il. 1. num. 9. de sent. excommun. And. S. culus. in c. ut super. col. 2. de reb. Eccles. non alien. Socin. regul. 110. Ben. in c. 1. num. 115. de integr. restit. Redoan. d. tract. qu. 2. cap. 12. in princ. Vasq. de success. tom. 1. §. 27. num. 23. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 10. Col. de bon. matern. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. qu. 12. legatum Ecclesiae suæ relictum remitteñs. Per d. l. quod autem 6. s. fid. & id. 14. ubi expressè dicitur; Debitorem repudiante legatum non credi alienare in fraudem creditorum. Non obstante quod legatarius beatur dominus continuo à morte testatoris; tunc enim dies certe legatio est actio in rem. §. 1. Inst. de legat. & tot. tit. ff. quando dies legit. Ned. Nam hoc civiliter tantum, non etiam naturaliter intelligendum; ut nec dum rem plene habeat, atque adeo non dicatur alienare repudiare. Nec enim est repudiatio ejus, quod necdum acquisitionis est. l. 1. s. decretal. 7. ff. de success. Edict. o. Nec adversatur nobis l. magna p. 4. fundum. ff. de reb. eor. qui sub tutela sunt. ubi Pupillus legatum fundum repudiatus dicitur alienare. Loquitur enim in eo casu, quoniam in tum bona non alienanda, sed nequidem lucra omittenda. Abba in d. tua. num. 9. de his qua. fiunt à Prælat. Freder. de Senis conf. 9. Gomez. vir. resolut. cap. 14. num. 14. Sanchez. de matrim. lib. 6. disp. 4. num. 12. Hic tantum agimus de inducenda poena, propter omisā lucra. Quamdi- mus, cum tantum imposta alienantibus, non extendi ad omittentes. Est enim strictè accipienda. Zaf. d. loc. num. 7.

16 Non tamen negamus Prælatum, legatum vel fideicommissum Ecclesia sua relictum sine causa & temere repudiante, Ecclesie munum dare, illudque ex propriis bonis teneri resarcire; Cum ex officio & consequenter lege Justitiae, teneatur bene administrare; bonaz-

Coryinus
De Personis
er Beneficiis Ecclesiast.

G IV

32

tem administrationi aduersetur ista repudatio fac. can. quicunque
12. in qu. 4. l. quidquid. 7. Cod. arbitr. tutelle.

Potest & Ecclesia petere in integrum restitutionem, cum etiam ad lucrum omissum restituatur. *Gloss. ad c. 3. verbo. restituimus. & ibi Abbas num. 15. de in integr. restit.*

Patitur etiam dicta regula de Rebus Ecclesiæ non alienandis suas exceptiones.

Et in primis licet alienantur res mobiles, quæ servando servari non possunt, *l. lex qua 22. l. tutores. 29. Cod. de administr. tutor.* ut est quæ sine notabili deterioratione non durarent, quoque utendo absimuntur; ut sunt arborum fructus, vinum, oleum, frumentum, jumenta & pecora singularia. *Piascc. d. loco. num. 19.*

Pecunia etiam regulariter numeratur inter res, quæ servando servari nequeunt, cum retenta nihil operetur. *Abb. in d. c. nulli; num. 11. nisi haec rei immobili comparanda voto, juramento, aut præcepto Superioris sit destinata: quia tum in rei res immobiles est numeranda. Piascc. d. loco. Vallens. in par. eod. num. 1. §. 2.*

Similiter immobilibus annumerantur, arbores grandes, quæ non consueverunt cædi. *Choppin. de sacra politia lib. 3. tit. 8. num. 12.* nec possunt sylvæ cæduæ taliter excindiri, quo bona Ecclesiæ deteriorentur. *Abbas in in d. c. nulli liceat. Novar. consil. 6. num. 2. tit. de alienat. Eccles.*

Terrulæ quoque, vineolæ & aliae res, sive immobiles, sive mobiles valoris modici & exigui, si id postulet Ecclesiæ utilitas & necessitas, alienari possunt. *can. 56. terrulas. 12. qu. 2.* Cui canon nec per Extrav. ambitiose. nec per Concilium Tridentinum esse derogatum, idque declarasse Sacram Congregationem Cardinalium testatur Quarta. in *Summa Bullarii: verb. alienatio. num. 14.* & ex *Piascc. d. loco. num. 4.*

Quæ autem dicatur res modici & exigui valoris, arbitrio relinquitur Judicis seu boni viri, qui consideratis Ecclesiæ alienantis facultibus, rei alienandæ valore, & loci consuetudine, estimabit & judicabit, an res sit modica seu modici valoris. *arg. text. in c. caterum. de donation. Piascc. d. loco num. 25.*

24 Res etiam quæ Ecclesiæ magis sunt damnoſæ, quam utiles, ut ſint aquoſæ, ſylvosæ, ſteriles, inundatae, & infructuoſæ, reſte alienatur: d. can. ſine exceptione. 12. l. cum ſeq. can. 10. non licet Peccati tantummodo. 12. qu. 2. etiam ſine ſolemnitate; dummodo id in deat neceſſitas: qualis erit vitandi expenſas, text. in d. can. 56. terræ. *Gloss. in l. nisſ finita. in princ. ff. de tute. ratiocin. diſtrab. Bart. in l. Ca de agric. & censit. Jafon. in l. 2. num. 10. ff. de offic. ejus cui mād. juſ. Cavalcan. decif. 45. num. 34. part. 1. Barboſ. d. loco. num. 20.*

25 Unde & in emphyteuſin tantum ab Ecclesiæ concedi poſimmoſ immobiles, quæ nullam afferre videntur Ecclesiæ utilitatem; utrum ruinae, quas Ecclesiæ restaurare non potest; inculti quoque agri, aut exſirpatæ ſylvæ, & ſimiles. can. hoc jūs. §. perpetua, can. Occamia. 10. qu. 2. d. can. ſine exceptione. d. can. terrulas. c. ad aures. 7. deſch. Eccles. alien. Auth. præterea. Cod. de Sacra ſanct. Eccles.

26 Res immobiles antea infeudari vel in emphyteuſin dari ſolita ferdo vel emphyteuſi exſpirante, iterum in feudum ſeu emphyteuſin de re poſſunt, abſque ſolemnitate juris ad alienationem praefippi. *Quaranta. verb. Alienatio verum Ecclesiæ. num. 39. & 40. Zivil in praxi Episcop. d. verb. §. 3. Tamburin. tom. 3. diſp. 14. qu. 6. 6. 10 modo id fiat in Ecclesiæ evidenter utilitatem utilitatem; & ante quon illius rei fructus incorpoarentur Ecclesiæ: quia tum non cenſetur non alienatio, quæ à jure prohibetur, ſed continuatio alienationis a mea factæ. Borgnini. decif. 30. num. 8. & 10. 48. 53. & decif. 31. num. 13. cum ſeqq. Schrader. de feudiſ. part. 4. cap. 2. num. 20. Cesar. de Grot. decif. 4. num. 7. deſch. Eccles. non alien.*

27 Ut autem res dicatur in feudum vel emphyteuſin dari ſolita, ſufciunt actus duo confeſſionis factæ, vel unus ſolemniſ cum quadriginta annorum decurſu. *Gamma decif. 342. num. 4. Cephal. encl. 155. num. 30, cum ſeqq. lib. 2. Caldas. de renovat. emphyt. qu. 16. num. ult. Pias. d. loco num. 30.*

28 Relicta Ecclesiæ incapacitatis, verbi gratia mendicantibus, licet alienantur. *Pias. d. loco, num. 33. Ubi ſubſiicit, poſte etiam Regulares bona ſua vigore privilegiorum ſibi indultorum alienare: at ſpecialiter Gregorium XIII. indulfſe Patribus Societatis Iefu, ut po-*

Sunt bona sua alienare arbitrio sui Præpositi Generalis, nullâ aliâ à Sede Apostolica vel loci Ordinario petitâ licentiâ. *Vallenf. d. loco. num. 5.*
Denique usumfructum bonorum mensæ suæ, non ipsa bona;²⁹
can. alienationes. vers. illud. 12. qu. 2. c. ut super. c. possessiones. de reb. Eccles. alien. Prælatus ad beneplacitum suum, vel vita sua durante licet alteri concedit. *Piasf. d. loc. num. 35.*

Aliarum verò rerum immobilium, atque etiam mobilium, si³⁰
preciosæ sint, & servando servari possint; ut sunt vasæ aurea, argentea, ca-
sulae, taperes, *Dd. in d. c. nulli liceat. 5. de reb. Eccles.* & quæcunque
triennio non corruptiuntur. *Gloss. in l. un. Cod. si advers. usumfr. arg.*
d. can. terrulas. cum seq. 12. qu. 2. vel notabiliter non deteriorantur,
alienatio non aliter permittitur quam ex justa causa, & servata formâ
à jure præscriptâ. *c. primo Ext. Com. de reb. Eccles. non alien. d. can. sine*
exceptione.

Quæ duo ad alienationis validitatem requiruntur conjunctim: ut
unum sine altero non sufficiat; & altero deficiente alienatio sit ipso ju-
re nulla. *c. ult. cod. c. 1. cod. in 6. Abb. inc. nos 2. can. 11. num. 8. cod.*
Vallenf. in par. ibid. §. 2. num. 7. Zaf. in Com. ibid. num. 15. De utro-
que proinde specialiter videndum.

Justa igitur causa alienandi res Ecclesiæ est quadruplex. *Gloss.*
in sum. caus. 12. qu. 2. Navar. ad can. non liceat. 20. d. caus. & qu.
Prima est *Necessitas c. 1. cod. in 6.* Quæ & alias in quacunque³¹
alienationis prohibitione semper intelligitur excepta. *l. alienationes.*
13. ff. famil. ercise. l. 1. princ. ff. de fundo dotali. l. fin. §. fin autem. 4. Cod.
de bonis que liber. veluti cum Ecclesiæ incumbit æs alienum urgens,
certum, clarum, non obscurum, quod aliter vel ex mobilibus, vel
fructibus bonorum Ecclesiæ dissolvî nequit: *Auth. hoc. jus porrectum.*
& *Auth. præterea. Cod. de Sacros. Eccles. can. hoc jus. 10. qu. 2. c. ad no-*
stram. de reb. Eccles. non alien. Piasf. d. part. 2. cap. 5. num. 32. vers.
effet item. Quaranta in Sum. Bullar. verb. alienatio rerum Ecclesiæ. num.
42. Ugolin. de potest. Epif. cap. 14. §. 7. num. 5. vers. 3. Abb. add. c. nul-
li licent. 5. num. 5. Tunc enim, ut semper, necessitas caret lege. *l. 1.*
Cod. de bonis libert. Cagnol. in l. quæ propter necessitatem. 162. ff. de divers.
reg. jur. & tempore necessitatis administratores Reipublicæ, rescom-

Corvinus
De Personis.
er Beneficiis Ecclesiæ.

G **IV.**

32

348 ARNOLD CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

munitatis alias alienari prohibitas, distrahere possunt: Auth. novissim.
Cod. de administrat. tutor. l. ult. Cod. de vendend. rebus Civitat. in cum
ex eadem causa Ecclesia bona poterunt alienari. c. 1. de pignor. can.
enim. 10. qu. 2. Dd. in d. c. nulli. 5.

32 Altera est Utilitas; c. 1. de reb. Eccles. alien. in 6. velut si res Eccles.
sæ alienetur, ut melior & utilior ematur. can. 52. sine exceptione. 12. q.
2. c. ut super aliqua. 8. vers. possessiones vero. dreb. Eccles. alien. can.
Apostolico. 7. vers. econtrario. & c. tua nuper. 8. de his que sunt à Prela.
sine conf. Capit. A quacunque enim dispositione ac prohibitione
utilitatis ratio intelligitur excepta. d. l. jubemus. 14. & ibi Bart. libellus.
Cod. de cursu publ. & angari. Nec etiam quod ob favorem in utili-
tatem Ecclesiæ est introductum, retorqueri debet in ejus incom-
modum. l. quod favore. 6. Cod. de legib.

Sic etiam Pater bona adventitia filiorum alienari prohibita, cui-
sa majoris utilitatis distrahere potest. l. fac. §. pen. vers. non autem. Col.
de bon. quo liber. Idem in prodigo cui bonorum administratio inter-
dicta est; l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. l. cui bonis. ff. de novation. vid.
Rodoan. d. tract. qu. 19. num. 9. 8. cum seqq. Tiraqu. de jure mariti; Glos.
8. num. 57. Covarruv. var. lib. 2. cap. 26. num. 8. in tute, l. ff. pug-
rum. §. ult. ff. de reb. & l. res, qua tutores. vers. jam ergo. Cod. de am-
ministr. tutor. in bonis dotalibus, l. ita constante. l. mutus. vers. mutuus. ff.
de jure dot.

Procedit etiam res Ecclesiæ donata sit cum conditione, nolle-
natur: Aretin. conf. 25. num. 5. Bald. in Auth. res qua. num. 5; Col.
commun. de legat. Rodoan. d. loco. Cum alienatio in hac specie ex mem-
te prohibentis censeatur permissa; fac. c. fin. de transact. Glos. in c. qui
agendum. verb. mandato. de procur. in 6. modò ritè obseruant sollemni-
tibus jure requisitis, celebretur fac. c. pervenit in 2. de jurejur. & in sermu-
ra. de voto. & reg. Glos. recepta. in l. tale pactum. §. fin. ff. de patit. Dif.
Glos. ult. in fin. vers. alii dicunt in c. verum. de condit. apposit.

33 Utilitas autem Ecclesiæ debet esse, tempore alienationis, Bald.
conf. 25. 6. circamed. vers. præterea. Corn. caus. 144. num. 3. lib. 2. Bar-
bat. conf. 4. in princ. lib. 1. ultimæ; d. can. sine exceptione. & ibi Bellam-
pa. num. 1. & Gemina. num. 2. vers. in hoc quest. Imol. in c. ad ante. num.
1. 14

1. de reb. Eccl. alien. manifesta; Giovagn. consl. 22. num. 14. lib. 2.
 Carlin. controvers. forens. judicior. cap. 105. num. 48. ita ut Ecclesiæ
 conditio patenter fiat melior & locupletior: Casar de Graffis decis. 4.
 num. 7. sub tit. de reb. Eccles. alien. Paul. de Rubeis in compen-
 dia alienat. ver. Ecclesiast. à num. 92. Archid. ind. can. sine exceptione num.
 5. Gloss. in can. sed nonne. 12. qu. 2. Barbof. d. loco num. 16. plenè pro-
 bari; Nec enim statur sole assertio alienantis: Bart. in l. si factio ff. deca-
 frens. pecul. Feder. de Senis. cons. 143. circa fin. Alex. cons. 160. num. 5.
 lib. 6. Rota decis. 181. num. 3. part. 1.

Tertia causa est Pietas: ut si redimendi captivi can. Apostolicas. 34
 13. can. & sacrorum. 15. cum seqq. 12. qu. 2. l. sanctimus. 21. Cod. de Sa-
 crosanct. Eccles. alendi pauperes, quibus aliter provideri non potest.
 d. l. sanctimus. 21. ibi & famis. can. aurum. 70. d. caus. 12. qu. 2. ubi in
 principio dicitur; quod aurum habeat Ecclesia, non ut servet, sed ut
 eroget & subveniat in necessitatibus. Et in can. 71. Gloriosa. 12. qu. 2.
 scribitur Gloriam Episcopi esse pauperum inopiae providere, ignomi-
 niam Sacerdotis esse proprius, studere divitiis. Abb. d. loco. Schurz.
 cent. 2. cons. 70. num. 1.

Quarta est Incommoditas: ut si res Ecclesiæ sit sumptuosa, & pa- 35
 rum utilis. d. can. terrulas. 53. Sed haec revocatur ad secundam;
 Vallens. in par. d. §. 3. num. 1. Canis. in Comm. ad d. tit. num. 7. & lib. 2.
 Iust. Jur. Canon. tit. 32. Ungepaup. in Com. ad tit. de reb. Eccles. alien.
 num. 14.

Solemnitas formæ ad alienationem requisitæ consistit in his qua- 36
 tuor: Primo; Ut à Prælato cum Capitulo vel Clero super re alienanda
 fiat tractatus, an expediat rem alienari, d. can. sine exceptione. c. cum
 Apostolica. 7. c. tua nuper 8. de his que fiunt à Præl. sine cons. Capit. c. 1.
 vers. quia etiam. d. reb. Eccl. alien. Et sufficit tractatus unus: Vallens. d.
 loco. §. 3. num. 2. Secundo; Ut Capitulum consentiat in eam expressè,
 aut totum, aut sicut in pro majori & seniori parte: c. ut super. 8. eod. c.
 quant. de his que fiunt à Præl. sine cons. Capit. Tertio; Ut Capitulum sub-
 scribat: hoc tamen non requiritur, nisi in donatione, venditione,
 permutatione: d. can. sine exceptione. d. c. tua nuper 8. vers. irrita enim. &
 c. l. & ibi Abb. num. 4. eod. Imò jam consuetudine est receptum, ut

sufficiat Notarii subscriptio. *Vallenf.* d. loco. Quod si alienetur Ecclesiæ habentis Rectorum unum, eo quoque inconsulto vel invi-
res Ecclesiæ non est alienanda: *can. 151. placuit. 13. qu. 2.* nequidem Ecclesiæ vacante: *can. ult. 14. qu. 2. Quartio:* Superioris accedat autoritas: qui in non exemptis, etiam in Cathedralibus aliquis Inferioribus, est Episcopus: *can. Abbatibus. 12. qu. 2.* A quo saltem in Belgio con-
di alienandi facultatem res ad Ecclesiæ sibi subjectas spectantes tellantur Zypæus in *Jur. Pontif. Novi Analyt.* Enarr. tit. de reb. Eccles. dia-
num. 2. In exemptis est Prælatus, cui Ecclesia vel Monasterium im-
mediatè subest. In alienatione tamen rerum Monasterii non unum
opus est consenfu Capituli & Abbatis, sed & Episcopi, qui, annulla-
tionem fieri expediat Ecclesiæ, cognoscat: *d. can. Abbatibus. can. 2.*
venditionibus. 16. qu. 7. In Ecclesiæ Patronatis consensum Panormi non requiri tenet Abbas. *in c. un. Ut Eccles. benef. sine diminut. conf. Piu-*
sec. d. loco. num. 16. nisi quoad bona, quæ ab ipso Patrono perve-
runt: & sic intell. Choppin. de *sacra Politia lib. 43. tit. 2. num. 28. Vallenf.*
d. loco. num. 2.

37 Præter hanc formam statuit, sub gravibus poenis, Paulus II. *Extrav. Ambitiosa.* ne ulla bonorum Ecclesiasticorum aut piii locis
alienatio concessioque Romano Pontifice inconsulto: & ut alteris
& a nullius sit roboris & momenti: Sed utrum non servatur passim, pre-
sertim, quoad locationem & pñas. *Sylvester in Summa. verb. dia-*
natio. §. 15. Navar. in Manuali cap. 27. num. 149. Corvarv. lib. 2. cap.
resolut. cap. 16. num. 6.

38 Neque opus est hac consultatione in rebus exigui momenti nec
quando de facili adiri & consuli Pontifex non potest: vel ubi conflat
alienationem esse necessariam, & esset in mora periculum, fac. *actu.*
can. Gloria Episcopi. 12. qu. 2. Piasec. d. loco. num. 28. nec in alienatione
summa pecuniaræ ad pium usum, quantumvis ea magna sit, ita
mensam pertineat Prælati. *Lessius de Justit. & Jure lib. 2. cap. 24. do-*
bit. 11. Vallenf. 8. loco. num. 3.

39 In dubio autem præsumuntur servatae solemnitates, ex diutini-
tate temporis. Nec id mirum, cum temporis etiam diutinitate, nem-
pe quadraginta annorum, præscribi res Ecclesiæ possint: *ut præced. tit.*
diximus.

Corvinus De Personis. er Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

diximus. Vide Felin. in c. sicut. num. 29. de sent. & re judic. Cravetta. de an-
tiquit. tempor. part. 3. Cavalcan. decif. 48. num. 28. part. 1. Piasco. d.
loco. num. 17.

Nec obstat Constitutio Pauli IV. quam refert Petr. Matthaeus in 40
suo VIII. Decretal. lib. 2. tit. 2. cap. 6. qua omnes alienationes bono-
rum quorumvis Ecclesiasticorum, sine solemnitatibus requisitis & in
damnum Ecclesiarum factae, nulla præscriptione temporis juvante,
revocantur. Quia per Constitutionem Pii IV. revocata. Piasco. d. loco.
Vallenf. d. loc. num. 4.

Facta autem alienatio, de rebus Ecclesiæ contra formam aut 41
prohibitionem, nulla est atque irrita ipso jure. c. tua nuper. 8. de his
que sunt à Prel. sine consl. c. 2. c. ad audienciam 11. de reb. Eccle. alien.
d. cau. 52. sine exceptione. 12. qu. 2. Deficiente enim formâ, deficit ipse
actus. Quia forma dat esse rei, & qua contra leges sunt, pro infectis
sunt habenda. l. jubemus. 14. §. sane. 1. in fin. Cod. de SS. Eccles. & L.
non dubium. 5. Cad. de legib. Abb. in d. cap. nulli num. 7. & c. tua nuper. 8.
Ungepaar. in com. add. tit. de reb. Eccle. alien. num. 17.

Non igitur debet Ecclesia, cum non vult servare hunc contra 42
etum, petere restitucionem in integrum; sed poterit rem alienatam
revocare, d. c. ad audienciam. per rei vindicationem. d. l. jubemus.
14. §. 1. Ungepaar. d. loc.

Ethæc quidem ita se habent de juro; de consuetudine vero non 43
omnia strictè observantur. teste Wessenb. part. 2. consl. 59. num. 23.

Communis tamen est opinio, consuetudinem non posse minue-
re vel adimere solemnitates in alienatione rei Ecclesiasticae requisitas.
c. fin. de consuet. in 6. Abb. in d. c. nulli. Zaf. d. loc. num. 20. Ungepaar.
d. loc. num. fin.

TITU-